

Tractatvs De Magis, Veneficis Et Lamiis, Deqve His Recte Cognoscendis Et Pvniendis

Propter Varias & controversas de hac quaestione hominum sententias,
vtliissimus & cunctis ad Rerumpublicarum gubernacula sedentibus
maxime necessarius ... in tres libros distributus

Qvomodo Contra Magos, Veneficias, Et Lamias procedatur

Gödelmann, Johann Georg

Francofurti, 1591

VD16 G 2487

Candido Lectori Ioannes Georgius Gödelman D. S. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61533](#)



CANDIDO LECTORI IOANNES

Georgius Gödelman D. S. D.

Multi hodie imperiti Iudices & Scabini Germaniae magis ex præscripto Ioannis Bodini 1 C. Galii, & opinione propria, quam ex Legibus, & constitutio-
nibus Criminalibus Carolinis, in hoc delicti genere proce-
dunt, & sine ullo discrimine, & legitimis præcedentibus indicijs, ex con-
suetudine quadam magis inueterata demetatas anas flammis horrendis
obijciunt, & hac ratione conscientias eorum laedunt se suosq; in vita &
bonorum periculum coniiciunt. Ut eni n quondam, quum Ethnici adhuc
grassaretur in Christianos, si quis accusabatur fidei in Christum, vulgus
vociferabatur ad Leonem; ita his temporibus si quæ mulireculæ, quam-
vis honestæ, insimulentur tantum incantationis aut Veneficij clamare
solent, Ad ignem. Quapropter cum aliquoties Auditores mei post ha-
bitam disputationem de Magis, Veneficis & Lamis Anno 1584. in hac
Academia Vrbis Rosarum, & remota quedam Germanie Ciuitates,
prout exadiuncta videbis epistola, petierint, ut in eorum gratiam in hoc
delicti genere, processum ordinarium, quem in intricata hac materia
tuto sequi possent, conscriberem: Collegi tandem post redditum meum ex
Liuonia & Polonia, ad labores Academicos, quedam, reiectis somnijs,
& absurdis, nec in iure fundatis opinionibus quorundam, ex ipsis fonti-
bus legum & constitutionum Criminalium Caroli V. Imperatoris, & Or-
dinum Imperij, ad quas religiose obseruandas Iudices in toto Romano
Imperio peculiari Iure iurando astrinxerunt. c.3. constitut. Carolinæ.
Tuum erit candide lector, hoc meum studium, quod ad inquirendam ve-
ritatem confertur, boni consulere, & tuo amore & benevolentia me me-
osq; complecti.

Copia

